Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8208
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Hec aquila ab alamania venit ad libanum aplice
sedis / Sedes aplica libanus dicitur prout ys 34
de ea scribitur / gloria libani data est ei decor
carmeli et saron / Salomon quoque ait in Cantico
Turris eius sicut turris libani que respicit
contra damascum / Aquila hec magna tulit me-
dullam Cedri idest ministrationis et pietate
apostolice plenitudinis / summitatemque frondium eius
scilicet potestatem auctoritate plus et vicetenentia
eiusdem pro leticia et animarum salute evulsit /
et eam mittit vos apostolice Sedis legatus a latere
in terram Chanaan nationis nostre Alamanie
que ad eius interpretacionem negociorum terra est
transportavit et hoc quo ad primum.

Quo ad secundum / quid dignius / quid ve
melius et plus debitum eloquemur quam
benedicta sit illa libanus / sacraque sedes
aplica / que hanc Aquilam magnam huic
erudituram / precium magnum Regnum quod nouit
operari in auro et argento / intellectu et
sciencia / facundia et eloquencia ad nos
et quem revise diu desideravimus / clamantes
post eam Reddere queret ut intueamur te misit